







COMPENDIUM HISTORIÆ  
PHILOSOPH. ANTIQVÆ,

h. c.

PSEVDO ORIGENIS  
PHILOSOPHYMENA,

ex ipso MS. Mediceo, de-  
nuo collato, & alio Taurinensi  
repetita vice emendata, & no-  
vis notis illustrata.

Accedit dissertatio, qua contra  
Virum Doctum ostenditur, *Didymum*  
*Alexandrinum* hujus scripti aucto-  
rem non esse.

Auctore

JO. CHRISTOPHORO  
WOLFIO,

Prof. Publ. & h. a. Gymnasii Rectore.

---

HAMBURGI,

Apud CHRISTIANUM LIEBEZEIT.

Decorative initial 'S' and 'C' on the right edge of the page, with some faint text visible below them.





P R A E F A T I O.

**Q**uod hic vides, Benevole Lector, curarum in *Φιλοσοφία* incerti Scriptoris supplementum, id quidem maximam partem acceptam ferens Viro Clarissimo & eruditissimo *Antonio Mariae Salvino*, Professori Graecarum literarum apud Florentinos dexterrimo, cujus tantum fuit de hoc opusculo bene merendi studium, ut editionem a Cl. Gronovio curatam, & a me paulo post repetitam, denuo accurate & diligenter cum Cod. Laurentiano, ex quo Cl. Gronovius descripserat, compararet, ac varietates lectionum oblatas enotaret. Hunc autem laborem taedii plenum ut susciperet Vir praestantissimus, adduci se in primis passus est a doctissimo *Laemmermanno J. U. Licentiate*, Viro mihi amicissimo, qui, quam mihi fecerat spem, collationem hujus scripti cum lauda-

A

to



to Codice, vehementer a me expetitam, ex Italia, in quam iter destinabat, mittendi, eam cumulate implevit, precibusque suis effecit, ut Cl. *Salvinus* & opera ea, quam dixi, benevole perfungeretur, & ante, quam hoc negotium adgrederetur, animadversionibus eruditis & exquisita doctrina dignis ipsam commentationem measque, quibus repetitam a me editionem instruxeram, notas nunc emendaret, nunc illustraret felicissime. Cumq; Codex Mediceus in ora exhiberet scripti illius partim epitomen, partim paraphrasin, a recentiore manu additam, & rubrica descriptam, ductibus quidem, oculorum aciem pene fugientibus, consultum tamen idem putavit, illam totam describere, cum interdum non vulgarem Scriptori lucem affundere videretur. Existimavi itaque operae pretium, haec omnia cum notulis quibusdam meis in lucem edere, & superioribus adjungere curis, cum & dignum hoc labore videretur Scriptoris non contemnendi, certe antiqui, scriptum, nec meliori ego ratione Viro utriq; gratum testari animum possem, quam si efficerem, ut laboris & benevolentiae fructus ad plures redundaret.

Mul-



Multum quoque debere me profiteor Cl. doctissimoque *Christophoro Matthaeo Pfaffio*, svavissimo quondam in itinere Belgico Anglicanoque comiti, qui suum mihi amorem testatum fecit, communicatis illis lectionum varietatibus, quas, meam hujus Opusculi editionem cum Codice Bibliothecae Regiae Taurinensis comparans, diligenter observaverat. Illae enim Codicem Medicum nunc confirmant, nunc a vera lectione abeuntem in viam revocant.

Praeterea eruditissimus antiquitatis Ecclesiasticae assertor vindexque D. *Bernardus Montfauconius* doctissimi amicisimique Viri, *Conradi Widow*, J. U. L. meisque precibus id dederat, ut, quas ex comparatis inter se Bibliothecae Barberinae & aliis in Italia codicibus horum *Φιλοσοφικών* dissensiones notaverat, eas exscriptas ad me mitteret, quae tamen nescio quo fato perierunt, nihilque praeter sui desiderium mihi reliquerunt. Neque tamen dubium est, Cl. D. Carolum de la Rue pro insigni doctrina ingenioque suo eisdem ad ornandam, quam parat, Operum Origenis editionem feliciter adhibiturum esse. Vide interim laudati Montfauconii Diarium Italicum p. 210.



Interdum ad partes vocavi collationem  
 quendam, quae *Sancrofti*, Reverendi quon-  
 dam ArchiEpiscopi Cantuariensis, curae  
 debetur. Hic enim, cum in Italia versaretur,  
 Procemium opusculi hujus descripserat  
 integrum, occasionemque dederat, ex  
 ipsius *ἀπογράφῳ* cum edit. Gronoviana com-  
 parato, aliquot lectionum varietates excer-  
 pendi, quas liberaliter mecum communica-  
 vit *Jo. Ernestus Grabijs*, tribus abhinc annis  
 immatura & antiquitatum Ecclesiastica-  
 rum amantibus luctuosam morte ereptus.  
 Hoc autem *ἀπογράφῳ* ex alio Codice  
 Mediceo suspicor profectum, cum  
 quod interdum aliam exhibet lectio-  
 nem, quam vel editio Gronoviana,  
 vel Collatio Salviniana sistit, tum quod  
 speciatim passim lacunarum tanquam  
 in Cod. ipso obviarum meminit, qua-  
 rum indicium nec Gronovius nec Salvinus  
 faciunt. Neque enim putandum est, quod  
 Cl. Gronovio in praefat. ad Philosophume-  
 na haec persuasum fuisse videtur, unicum  
 extare hujus opusculi exemplum. Quic-  
 quid hujus erit, non prorsus hoc *Sancrofti*  
*ἀπογράφῳ* negligendum censui, praecipue  
 cum emendationes varias, ab ingenio pro-  
 fectas,



fectas, prae se ferret, quarum nonnullae Lectori non nimis pertinaci facile se probabunt. Cumque insuper Viros doctos interque eos Cl. *Godfr. Richterum* in Specimine Observationum Criticarum p. 76. sqq. nonnullis Opusculi locis medicinam hinc inde attulisse viderem, illorum quoque cogitata, iudicio qualicunque meo interposito, huc revocavi. Inprimis vero locum sibi iure quodam suo vindicarunt limatissimae observationes Viri multiplici & exquisito doctrinae genere instructissimi, *Maturini Veyssiere La Croze*, quas pro suo in me amore per literas benevole mecum communicavit. Ceterum in notulis his, quas vides, id quoque operam dedi, ut menda, quae partim typographi, partim Correctoris incuria in editionem meam, Hamburgi me absente curatam, invexerat, tollerentur, non quidem omnia, sed ea solum, quae vel nullum vel certe pravum sensum legentis animo objicere poterant. Haec de instituto & summa hujus Supplementi sufficiant: Jam ad ipsas, si placet Lector, observationes posteriores oculos animumque converte.



NOTAE ET EMENDATIONES  
IN PHILOSOPHUMENA.

**M**S. habet hanc Inscriptionem: 'Ωει-  
γένης Φιλοσοφμένων; non alteram, il-  
lam, quam ipse in limine opusculi col-  
locavi, exemplo praemissi Indiculi, in  
quo vocatur ὁ κτ̄ πασῶν αἰρέσεων ἔλεγχος. Atq; ti-  
tulum posteriorem ab ipso auctore puto profe-  
ctum, cujus consilium ad confutandas hæreses  
potissimum spectavit, nec idem alio animo hanc  
Sectarum notitiã in compendio tradidit, quam  
ut; confutatione postea rectius perfungeretur.  
Quoniam vero in priori hoc libro de hoc argu-  
mento nihil exstat, Φιλοσοφμένων titulus illi for-  
te à librariis vel quocunq; alio visus est tribuen-  
dus. Neqve mirum videri debet titulum libri  
ejusdem alium atqve alium in veterum moni-  
mentis occurrere, cum haec res non careat  
exemplo, idemqve Irenaei Operi similis argu-  
menti usu venisse observatum sit eruditis. Quod  
enim ipse inscriperat ἔλεγχον τῆς ψευδωνύμου  
γνώσεως id alii dixerunt ἔλεγχον κτ̄ πασῶν αἰρέσεων.  
Vide quae in hanc sententiam post ceteros eru-  
ditos Interpretes commentatus novissime est  
Cl. *Renatus Massuetus*. In MS. Taurinensi titu-  
lus habet: 'Ωειγένης πάντιμα ἔσοφωτάτα. τὰ δὲ  
ἐνεστίν &c. Hic observare quoque fas fuerit, Cl.  
*Gronovium* hunc libellum in limine dixisse fra-  
gmen-



gmentum *Φιλοσοφικών*, forte minus accurate, cum ipsa *Φιλοσοφία*, quae prioris libri titulum faciunt, integra exstent, *ἔλεγχος* vero haeresium seu posterior liber tantum desideretur. Vide Cl. *Fabricii* Biblioth. Gr. lib. V. p. 225.

p. 1. *ταῦτε ἐνεσι* &c.) Gronovius in prima parte: Wolfius in primo libro. Hoc rectius. Cl. *Salvin.*

Confirmari mea sententia potest ex inscriptione libri hujus prioris, quae exstat p. 21. his verbis concepta: *ἄρχὴ τῆς πρώτης βίβλου* &c. Cum vero duobus omnino libris totum opus absolutum fuisse videatur, apparet rectius verti in priori libro.

p. 2. *τοῖς Φυσικοῖς Φιλοσόφοις*) illud *Φυσικοῖς* non est in textu, sed alia manu scriptum supra illud *Φιλοσόφοις*. *Salvin.* Forte Scriptor *Physicos κατ' ἐξοχὴν* Philosophos dixit, eo quod naturalis doctrina primo loco excolta & in disciplinae formam redacta fuit.

p. 4. *οἱ Διαλεκτικοὶ*) Taurinensis legit *ἔτοι*.

p. 4. v. 4. *τῷ Διαλεκτικῷ συνεσήσαστο*) verti potest: *hic dialecticam concinnavit, hic dialecticam in corpus redegit, composuit dialecticæ Systema: Salvin.*

p. 4. v. 9. *ἐπεχειρήσων*) Taurinensis *ἐπεχορῆ* mendose.

ib. *ὁ Καδήμιος*) *Salvinus* ita putat scriptum pro *ὁ καδήμιος*. Neque insolens est, per apostrophum abjici literam vocis alicujus initialem. Taurinensis legit *καδίμιος*, vitio ex pronunciatione *ξ* orto.

p. 5. *ἡγήτων*) *Sancroftus* in Collatione sua le-



gendum suspicatur ἐξηγητέον vel διηγητέον, præter rem, ut opinor, cum Scriptor hoc non velit, fabulas Græcorum exponendas esse, sed innuat potius, non dubitandum esse, doctrinas etiam illas, quæ sibi ipsis non constant, ab ipsis revera approbatas fuisse. Nam vox *πιστά* hic conjungi debet cum *ἡγητέον*. Ita accepit hæc verba Paraphrastes in Cod. Mediceo cujus hæc sunt verba: ὅτι διὰ τὴν τῶν αἰρετικῶν κακίαν καὶ οὐδὲν παρ' Ἑλλησι μύθους ἐκτεθέν, καὶ πιστά ἡγητέον καὶ τὰ ἀλλόκοτα ἐκείνων δόγματα ἔχ' ὡς ἀληθῆ τῶν νομίζειν, ἀλλ' ὡς εἶναι πινος οὐδὲν αὐτὰ δοξάζοντες καὶ πιστὰ ἡγείσθαι (Salvinus; corrigit ἡγούμενος) νομίζειν, ἐπεὶ καὶ τῶν αἰρετικῶν ποικίλα καὶ ἀνόσια δόγματα ἐξερευγομένων, ὅμως εἰσι πινες οἱ τῆσσι προσέχοντες καὶ πιστεύοντες.

p. 6. in notis hæc erudite observat *Salvinus*: à Porphyrio βάρβαρον νόημα dicitur Christiana religio, tanquam Judæorum cogitatum & inventum; & à Philosopho dicitur Græco, Græci fastus & arrogantia pleno.

p. 6. διὰ τὸ (ἰωπῶν) Cl. Richter p. 76. Obs. Critic. legit διὰ τὸ (ἰωπῶν), id quod lingvæ Græcæ rationem postulare putat. Enimvero auctor hic mihi non tam causam, propter quam Deum colere visi sunt, quam *medium* seu *subsidium*, per quod hanc persuasionem in aliorum animos insinuarunt, commemorare voluisse videtur. Quo præstructo gignendi casus locum tueri potest.

p. 7. μὴ ἀνάξιον) Cl. Fabricius felicissime ex  
con-



conjectura voce posteriore in duas divisa *μη* *αὐ ἀξιον* legendum censet l. c. suffragante MS. Taurinenli & contextu. Scriptor enim monuerat, se jam alias strictim & obiter quasi hæreticorum doctrinas tetigisse, cujus consilii causam eam deinde reddit, quod *nondum consultum* putarit, arcana eorum dogmata tum temporis in lucem proferre, cum spes esset, fore, ut, pudore ducti, ad frugem & veritatem redirent. Sanctroftus in collatione, cujus mentionem feci, idem, credo, suspicatus est, quando pro *μη* legendum censuit *μηπω*. Nec raro librariis imposuit conjunctio aut divisio vocum præter rationem facta, quemadmodum v. c. *ἔτον* pro *ἐπὶν* & vicissim *αὐ* & *ἐκτῶς* pro *ἀνεκτῶς* in Codd. interdum invenitur. Utriusq; generis exempla vide apud Jo. Bapt. Cotelerium in notis ad Tomum III. Monumentorum Eccles. Gr. p. 579. & 648. Sic & litera finalis vocis antecedentis cum sequente interdum coaluit, quod exemplis variis ex utraque lingua ostendit Ægid. Menagius in Amœnitatibus Juris Civilis c. IV. p. 30.

p. 8. v. 4. *τῆς ἀλογίης γνώμης*) Taurinenlis Cod. legit: *ἀθεμίτη γνώμης καὶ ἀλόγη σπαιχειρήσεως*, sensu eodem.

p. 8. *περείμι δέξων*) Sanctrofti Collatio monet, loco illorum verborum legi quatuor puncta, quæ arguunt unius verbi, quæ est *ἐξορχῶ* vel *ἐξείπω*, omissionem. Cum vero in Cl. Salvinii collatione nunquam lacunæ in MS. ob-



via facta sit mentio, suspicor, diversum à Laurentiano Codicem lectum fuisse à Sancrofto, & forte eundem, quo usus est Alex. Morus, qui in locis, quos ex hoc opusculo, tunc inedito, attulit, lacunas ejusmodi passim commemorat, quod & in hoc ipso loco facit ad 1. Tim. III. 16. p. 242. notatus ideo præter rem à Cl. Gronovio.

p. 9. in mea edit. legitur *κατὰ* per vitium operarum typographicarum; in edit. enim Cl. Gronovii ad fidem Codicis recte expressum est *μετὰ*. Occasionem errandi præbuit compendiosa hujus vocis scriptio, quæ utriusque præpositioni fere eadem obtigit, ut & in MSS. librariis interdum fuerit fraudi: vide Coteler. l. c. p. 525.

p. 9. *χρόνον ἀνακρεμασάντες*) Sancroftus monet, pro *χρόνον* legi *χρόνω* (quod habet etiam Taurinens.) deinde vero punctis notari lacunam duorum verborum, quæ putat suppleri posse per *πολλῶ ἰβελισῶ* ut hæc nascatur verborum series: *καὶ χρόνω πολλῶ ἰβελισῶ καὶ βλάσφημον πρὸς τὸν ὄντως θεὸν κατασκευάσαντες*. Sed hac emendatione nihil opus est. Taurinensis pro *ὄντως* legit *ὄντα*, minus recte.

p. 10. *ᾠειργίαν*) Cl. Salvinius observat, in MS. hanc vocem ita exaratam esse, ut dubium sit, utrum *ᾠειργίας* an *ᾠειργίαν* legere debeas: idem vero ex eadem scribendi ratione, alibi in hoc Codice obvia, certissime collegit, legendum esse *ᾠειργία* in dandi casu. Et sane,



si quid video, hæc lectio sensui egregie respondet, nec inepte verba ita vertentur: *cum viderint præ curiositate vehementi desiderio rei promissa teneri.* Neq; nunc amplius dubito, postquam intellexi, in Cod. Taurinensi diserte legi *ω̄ειργίαι*. Sanctroftus, ex conjectura, ut putato, legi vult *ω̄ειργῶς* i.e. *curiose*: quod quidem ad sensum idem est, sed à literarum ductibus longius discedit.

p. 10. *δέσμιον*) Salvinius vertit: *Et tunc probantes postulantes esse peccati, iniciani.* Et videri omnino poterat, hanc esse Scriptoris mentem, qui pag. 19. eodem fere sensu vocem istam adhibuit: *Ἐστὶ μὲν ἐν παντὶ μεσὸν τῷ ὀπταχειρῶν, καὶ πολλῆς δέσμιον ἰσορίας.* At enim verò Sanctroftus legit vel ex Codice, quem inspexit, vel ex conjectura *δέσμιον*, quod & sensui magis convenit, *peccati vinculis constrictum* inferens, & stilo Scriptoris accommodatum est, qui paulo post p. 11. *δεδεμένον* memorat. Accedit, quod in hanc emendationem Paraphrasta quoque nos deducit, ita mentem Scriptoris exponens: *σημείωσται, ὅτι οἱ αἰρετικοὶ ἔως τερον τὸ τέλειον τῆς αἰρέσεως παρεδείκνυντο καὶ μυσημένοις, πρὶν αὐτῶν ἰδῶσι δεσμίσαις ἤδη τῇ αἰσεβείᾳ χρομένους, ὅρκους τε αὐτῶν καταλαμβάνον, μηδὲν τὰ ἀρρήτως αὐτῶν ἐξαγγέλλειν μυσηλα.* Denique vero Codex Taurinensis diserte legit *δέσμιον*.

p. 11. *μήτε τῶν τοχόντι*) neq; *cuilibet* communicare, nisi similiter in servitutem redigatur, quo



quo solo tradito non amplius iuramentum  
 necessarium sit. Post τὸ δέλωθρίη ponenda non  
 est σιγμὴ τελεία sed tantum ἵσσοδιασλήσει κόμ-  
 μα: ita *Salvinius*. Ceterum *Sancroftus* in Col-  
 latione sua pro μήτε τὸ τυχόντι, quod *Cl. Grono-*  
*vius* habet, scripserat, quod & ipse suspicatus  
 eram τῶ τυχόντι, quasi in MS. ita legeretur,  
 cum tamen hæc lectio ingenio ejus debeat.  
 Approbat hanc emendationem *Cl. LaCroze*.  
 In *Taurinensi* legitur mendose μήτι.

p. 11. παθεῖν) ita MS. sed *Cl. Gronovius* suspi-  
 catur legendum παθεῖν h. e. desiderare; nec mi-  
 nus *Salvinio* hæc lectio arridet. Nec negari  
 sane potest, hoc παθεῖν respondere egregie an-  
 tecedenti verbo γλίχομαι; ac præterea æ-  
 que facilem hic fuisse lapsum, atque contigit  
 in verbis παθεῖν & παθεῖν, quæ confundi in-  
 terdum ostendit *Cotelerius* ad *Tom. II. Mo-*  
*nument. Eccl. Gr. p. 575*. *Sancroftus* pro πα-  
 θεῖν mavult legere τὴν δέλωθριν vel δοκιμασίαν  
 & pro παθεῖν λαβεῖν monet legi παθεῖν λαβῶν, ut  
 hæc sit verborum series: ὁ γὰρ ἵσσομείνας τὴν  
 δέλωθριν καὶ παθεῖν λαβῶν &c. sed nimis hæc à MS.  
 lectione recedunt. Idem etiam in antece-  
 dente periodo pro μόνον legi volebat μόνον, in  
 quo felicior fuisse videtur. Τέλεια μυστήρια,  
 quæ ibidem commemorantur, putat *Cl. Sal-*  
*vinius* latine dicenda *summa* vel *maxima* (non  
*integra*, ut *Gronovius* habet) *mysteria*, quæ sci-  
 licet opponerentur τοῖς μικροῖς sive *minoribus*,  
 quæ gradus erant ad majora. Atque hæc re-  
 cte



esse dici manifestum puto ex antiquitate, ad quam Noster alludit, Græcorum, apud quos μικρά & μεγάλα μυστήρια fuisse præter ceteros Plutarchus in *Demetrio* testatur: ἀλλὰ τὰ μικρὰ (μυστήρια) ἔΑνδραγάλων ἔτελεντο, τὰ ἡ μεγάλα ἔΒοηδρομιῶν ἔ. Ibidem sequitur αὐτῶ τῶ ἔργῳ &c. δεδεμῆν ἔ. h. e. vertente eodem Salvinio, ex re ipsa obligatus. Ceterum in versione Latina per mendum typographicum, cujusmodi multa in editionem meam, me absente, irreperunt, pro *suscipere* legitur *suspicere*, sicut in notis pro *Maniobac* legendum est *Manichæi*.

p. 11. v. 4. ἰκανῶς ) Taurinensis legit ἰκανόν. v. 7. idem habet πρὸς τὸ μὴ ἑτέροις ἐξειπεῖν, sensu eodem: sed malim cum Cl. Richtero p. 77. legere αἶτε, quod eodem sensu recurrit p. 55. & 81.

p. 12. ἂ καὶ ) Sanctroftus ex conjectura legit ὅτι καὶ non inconvenienter. Ibidem pro μὴ καμῆν non *delassari* mavult legere μὴ ἐκκακεῖν: sed hac correctione nihil opus est, cum prius illud de labore, cui quis succumbit, crebro usurpetur, alterum vero, sicut & ὠεκακεῖν de eo dicatur, qui calamitatem quandam sustinere non valet.

ib. Ἀλλ' ἐπεὶ ἀναγκάζει ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς μέγαν βυθὸν διηγήσεως Πηλοῦναι ἐχ ἡγέμεθα σιγῶν &c. Hic videtur auctor alludere ad βύθον & ζιγῶν Valentinianorum, quod solerti conjectura affecutus est Cl. La Croze.



p. 12. l. 10. (ζιγᾶν ἀλλὰ τὰ πάντων) Taurinensis  
habet mendose: (ζιγῶ ἀλλὰ πάντων &c.

p. 13. ᾧ ταμεινόμοροι) *que servantes* Salvinus.  
Confer notas meas.

ibidem ἔ τυχόντες πρέτεροι) Huetius, quod in no-  
tis monui, legit πρέτερον; ita etiam Sancroftus  
vel legit in MS. vel legendum censuit, in Col-  
latione, quod consultum quoque visum est Pa-  
raphrastæ, cujus hæc sunt verba: ὅρα τί Φησὶ  
πρὸς τῆς μεταστάσεως ἔ ἀγίῳ Πνεύματος, καὶ ἡπερ  
Διὰ τῶν ἀγίων Ἀποστόλων ὅτι ὁσὺ Διδάσκαλος αὐτῶν  
μεταβάσῃ εἰς ὁσὺ Ἀρχιερεῖς τε καὶ Ἱερεῖς ὁσὺ ὅπα-  
δήποτε γῆς γινομένων σχέται (Salvinus emendat  
χέεται quod sensus omnino postulat) καὶ αὐτῶν  
τέτε ἔ ἀγίῳ Πνεύματι μεταλαμβάνειν οἱ ἐκεί-  
νων Διδάσκαλοι, ἔπερ καὶ οἱ αὐτοὶ Ἀπόστολοι πρέτερον  
ἔτυχον, καταπέμψαντες αὐτοῖς τέτο ἔ σωτήρος  
μὲ τῶ ἀνάστασει. Quod ad sensum nihil re-  
fert, quamcunque lectionem amplectaris.

p. 14. νυστάζομεν) Richter l. c. p. 77. mavult  
νυστάζομεν, quia sequitur ζιτωπᾶμεν.

p. 14. λόγον ὄρθον) quod Cl. Gronovius de com-  
pendio literarum, quod vocem posteriorem  
involvit, nihilque nisi literas ὄρ relinquit, mo-  
nuit, idem observat Cl. Salvinus, qui legen-  
dum putat ὄρσιον. Enimvero probam & ge-  
nuinam lectionem restituit Taurinens. qui  
habet: ἔδὲ λόγῳ ὄρσιζιτωπᾶμεν i. e. *neque sermo-  
nis seu rationes limites tacebimus* h. e. ab ἀμετερεῖα  
τῆς ἀνθορκῆς nobis cavebimus.

ib. κάμνομεν) Sancroftus mavult ἐκνέμεν. sed mu-  
tatione non opus est. ib.



ib. ἀξίως) vocem hanc abesse à Codice idem Sanctofothus observat, & omisit etiam Morus, quando hunc locum ad 2. Cor. IV. 11. affert. Uterqve etiam ἀνταμειβόμενοι habet pro ἀναμειβόμενοι, quod edidit Gronovius. Neqve sane dubito, quod in notis jam professus sum, Mori lectionem, sive in Codice inventa, sive ex ingenio profecta ea sit, alteri præferendam esse, cum illius verbi exemplum exstet apud Theocritum, nec minus derivatum ἀντάμειψις usurpetur; vicissim vero ἀναμείβομαι mihi quidem invenire nusquam licuerit, procul dubio ideo, quod τὸ ἀνά in compositione eam notionem, sub qua hic usurpari debet, non obtinet. Poteras etiam legere ἀπαμειβόμενοι eodem sensu. Deniq; optime succurrit Taurinensis, qui dum legit: κατ' ἀξίαν ἀμειβόμενοι, suspicari jubet, syllabam vocis ἀξίαν postremam, ab oscitante librario præter rem repetitam, effecisse, ut inde ἀναμειβόμενοι procuderetur.

p. 15. δι' ἔλεγχον) Sanctofothus corrigit δι' ἔλεγχος, quo tamen non opus est, ut opinor. Nam & prior lectio cum sensu conciliari potest. Scriptor enim hoc vult, se non solum peregrina (ita malim vertere ἀλλότρια) h. e. hæreticorum malefanas opiniones per confutationem h. e. eo ipso dum eas confutare aggreditur, in apurum producturum, sed etiam puriorem doctrinam vindicaturum esse. τὸ διὰ vero, etiam accusandi casui junctum inprimis ex  
 Atti.



Atticorum more hanc notionem tuetur, quam Latine efferas *per, beneficio, ope*. Vide Eratosthenis *κατασηρισμὸς* c. 17. Aristophanem Plut. v. 143. adde Grævii notas ad Hesiodum p. 2. & Cl. Kusterum ad Aristoph. l. c. Nihilominus tamen Taurinens. itidem legit *ἐλέγχῃς*, deinde vero *εἰς Φορὰν* pro *Φανερόν*.  
 ib. v. 14. pro *ἰσὸ* Sanctofstus legere mavult *δοτό*.  
 ib. pro *πατρός* Taurinensis legit *πνεύματος*, rectius.  
 ib. (*σημειῶνται*) illud *ει* videtur esse simplex jota, attamen si penitius inspexeris apparet *ει*. *Salvin.* Itaq; restituendum est textui *σημειῶνται*.  
 ib. *ἐμμάρτυρα σημειῶνται*) repetitio vocis proxime antecedentis vix videtur toleranda, unde Morus restituit *ἐμμάρτυροῖς ἰσὸν*, Sanctofstus vero *ἐμμάρτυρα ποιῶνται*. Malim prius, nisi legendum censeas *ἐμμάρτυρησάωνται*, h. e. *testimonio nostro palam prodentes*: hujus enim vocis frequens apud veteres usus est, alterius non item, sicut nec vocem *ἐμμάρτυρος* inveneris. Fieri autem potuit, ut librarius ex una hac voce duas per negligentiam effingeret, in primis cum vox *σημειῶνται* ipsi adhuc in memoria hæreret. Cl. Richterius p. 77. Obs. Critic. utramq; vocem obelo confodit, eo quod & inconditam & *σημειῶνται* repetitionem secumferant, & absq; sensus detrimento abesse possint. Utrumq;ve largior, sed aliam tamen vocem substituendam svadet copiosa Scriptoris nostri dictio, quam alias probat.

pag. 16, *καθάπερ φθάντες*) *καθὼς φθάσσαντες*:  
 ita



ita Cod. Taurinens. Sancroftus & Salvinius in Col-  
lat. postremus etiam in animadversionibus  
suis ita: Φάτες pro Φάντες nullo modo feren-  
dum, Φάς Φάντος δὲτο ἔ Φάω, ut εἰς πάντος,  
δὲτο ἔ ἴσημι. Addam ego illustrem Eustathii  
locum de utraqve forma ad Iliad. ψ. v. 442.  
Γίνεται δὲ τὸ Φθήσονται, ἢ ἐκ ἔ Φάω Φθήσω, ἢ  
μᾶλλον ἐκ ἔ Φθῆμι, εἴθεν καὶ ὁ ὠρα Φθῆμι, καὶ  
καὶ ὁ Φθῆς, καὶ τὸ ἐΦθῆ. τὸ δὲ γε ἐΦθῆσε καὶ τὰ  
κατ' αὐτὸ δοκεῖ ἐκ ἔ Φάω Φάινω πλεονασμῷ ἔ Φθῆ,  
ἢ ἐκ ἔ ὁμοίᾳ Φά καὶ ἔ Φά τὸ τίθημι ἤγχι ποιῶ.

p. 16. pro ὄθεν τε Sancroft<sup>o</sup> cum Moro legit ὄπως τε.

p. 17. Διαδοχῶ ) audacter lego διδοχῶ i. e. do-  
ctrinam licet in MS. sit Διαδοχῶ. Salvini. sed vi-  
detur mihi lectio διαδοχη confirmari ex p. 56.

ibid. δεχῶ μὲ ) Cl. Gronovius in notis mo-  
net, in MS. legi ἀρχωμῶ. de hac varietate ni-  
hil quicquam Sancroftus aut Salvinius affert,  
ut proinde de ea dubitandi non levis nascatur  
occasio. Ceterum Richter<sup>us</sup> l. c. p. 77. mavult  
in plurium numero legere δεχῶς μὲ, quod  
occurrit apud alios Scriptores.

ib. ἡ μυστηρίων ὄπτικῆ χειρημένων ) Salv. putat legendū  
δοποκεκρυμμένων, h. e. occultatis. Sed, quod pace  
Viri eruditissimi dixerim, nimis hæc lectio à  
vestigii MS. recedit, & vox illa tolerari satis  
potest, cum & familiarissima sit nostro atqve  
ita propria, ut vel septies in sola præfatione  
legatur; præterea vero sensum commodum  
secum ferat. Ex usu enim veterum Scripto-  
rum significat id, quod cum cura tractatur,

B

vel



vel etiam argumentis adstruitur. Sic noster  
 p. 19. Ἔσι μὲν ἐν πόντι μεσὸν τὸ Ἰππικριέμενον.  
 Ex quo id quoque efficitur, nullam esse causam,  
 cur cum Sancrofto legamus ἐγκεχειραμένων.

p. 19. πρωτοσατήσας ) Morus legit πρωτοπλασή-  
 ζας, *Salvinus* per conjecturam πρωτοσητήσας.  
 Sed non puto emendatione opus esse, cum  
 pag. sequente eadem vox iterum occurrat in  
 plurium numero πρωτοσητήσαντες ( ubi *Sancroftus*  
 legit πρωτοπλασήσαντες ) insuper vero  
 non sine exemplo eadem usurpetur. Quem  
 enim alii προσητήν vel προσητήν h. e. *presidem*  
 & *antesignanum*, cum πρωτοσητήσαντα non in-  
 commode Noster dixit, sicut *Metaphrastes*  
 apud *Philonem* de vita *Mosis* lib. 1. ἡ γὰρ ὁδη-  
 γὸς νεφέλη προσητήσα τὸν ἄλλον χεῖρον.

τὰς δεχὰς ἐκτέτων ) MS. τὰς δεχὰς καὶ ἐκ γ. ut ob-  
 servat *Sancroftus* & *Salvinus*: & verborum se-  
 ries omnino τὸ καὶ requirit, quod & inferen-  
 dum iudicat Cl. *La Croze*.

p. 19. καὶ ἔμπορον ) *Sancroftus* pro καὶ legit ἢ eo-  
 dem sensu.

p. 20. προαρχαμένων ) *Sancroftus* προαρχαμένων,  
 h. e. qui primi dixerunt,

p. 21. ὁ άλλῶ ) MS. ὁ άλλῶ sed legendum ὁ άλλῶν  
 iudice *Salv.*

p. 24. κατανοεῖν λέγων ) Lectio hæc non videtur  
 sollicitanda Cl. *La Croze*.

p. 24. ὃν ἐγγελάσα τις ) quem irridens: si esset Ἰππι-  
 γελάσα legendum esset ὃν: *Salvin.* At memini  
 me etiam verbum ἐγγελάσαν cum dandi casu  
 legere. ibid.



ibid. *Ἐξήνη* *Ἰώνια*) Cl. *Heumannus* in *Parergis Criticis* p. 111. & ejus exemplo eruditus *Godofridus Richterus* in *eleganti Specimine Obsc. Criticarum* p. 78. legere malunt *Ἐξήνη* ἔου, ideo, quod *Stobæus* in *Eclogis* Sect. 78. p. 465. eandem narrans historiam his verbis utatur: *Θαλῆν* εἰς τὸν ἕρπον ὄραντα καὶ ἐμπεζόντα εἰς τὸ βάραθρον ἢ *θεράπαινα* *Ἐξήνη* ἕλα δίκαια παθεῖν ἔφη. At mihi quidem hæc locorum comparatio efficere non posse videtur, ut nostrum auctorem aliter, ac legimus, scripsisse opinemur, cum MSS. consentiant, nec tam facile librarius in voce *Ἰώνια* cum ἔου permutanda labi potuisse videatur. Præterea *Ἐξήνη* nomen fuit olim ancillis admodum familiare, quod vel ex *Aristophane Demosthene* & *Æliano* constat, quorum hanc in rem locis usus est nuper eruditissimus *Steph. Berglerus* in *Alciphronis* *Epistolas* p. 333. Scilicet tralaticium est, & multis observatum, servis olim & ancillis patriæ nomen proprii instar inditum fuisse, unde inter eos tot nobis *Getæ* & *Thracæ* occurrunt. Lege, si placet *Jo. Georg. Grævium* ad *Lucian.* Tom. I. p. 996. *Ægid. Menagium* p. 215. ad *Laërtium* & p. 156. *Amœnitatum Juris Civil.* præcipue autem *Scholias* *ten Aristoph.* ad *Acharnens.* v. 242. & *Helladii Chrestomathiam* cum *notis Meursii* Tom. X. *Aut. Græc. Cl.* Gronov. Recte itaque noster vocem *Ἐξήνη* attulit ut *Ἰώνια* ancillæ, nec erravit *Stobæus*, qui *Ἐξήνην* patria dixit, quia



- ipſa illa patria nomini iſti dedit originem. Interim neutra lectio videtur ſollicitanda.
- p. 25. ἐκ οἰδέν ) Cl. Richterſus p. 78. l. c. mavult legere οἰδέν, ut ſit, quod respondeat τῷ οἰδέν quod proxime anteceſſit. Addo, confirmari hanc conjecturam poſſe ex Laertii loco lib. 1. ancillæ verba ita referentis: οὐ γὰρ ὡς θαλῆ, τὰ ἐν ποσὶν ἐδυναμάμω οἰδέν, τὰ Ἰππὶ δ' ἐρανῆ οἰεί γνώσεσθαι; At, ſi Stobæi ante citati locum ex p. 465. Eclog. reſpiciamus, erit quo lectionem priorem tueamur. Hic enim ita habet: ὅς τὰ ὄρα ποσὶν ἀγνοῶν τὰ ἐν ἐρανῶ ἐσκόπει.
- p. 25. περὶ Πυθαγόρα ) inſcriptio hæc abeſt à MS.
- p. 26. ἐ πολὺ δὴ ἠνεγκαν δ' αὐτῆς φρονήματ' ) ab eadem ſententia non longe abiverunt. Hæc verſio paulo frigidior videtur. Innuit enim auctor animum Pythagoreorum elatum & abhorrentem à tyrannis inſtar δ' πρωτοſατήσαντ' τῆς αἰρέσεως αὐτῶν, qui odio tyrannidis exful in Italiam ſe receperat. Ita amiciffimus La Croze.
- p. 27. v. 7. αἰσέρων ) Taurinenſis legit αἰσρων.
- p. 28. τὴν κίνησιν καὶ ῥυθμὸν &c. ) MS. habet εἰς ῥυθμὸν & ſic ſenſui optime conſulitur. Verba ita fluunt καὶ τῶν ἐπιὰ αἰσέρων πρῶτ' τὴν κίνησιν εἰς ῥυθμὸν καὶ μέλ' ἤγαγεν. Illud καὶ ſenſum ineptum reddebat: quomodo enim Pythagoras poteſt dici inveniſſe motum aſtrorum? Ex ea lectione fluxit paraphraſis iſta ad marg. Cod. Medic. exſtans: ὅτι μονάδα τὸν Θεὸν ὁ Πυθαγόρας ἀπεφῆνατο καὶ μελωδεῖν ἐφη τὸν κόσμον, καὶ τῶν



τῶν πλανητῶν τὴν κίνησιν ῥυθμῶ καὶ μέλει συγκεῖσθαι ἐδείκνυεν.

p. 30. Φυσιολογικὴν &c.) verterim: Physiogonicam sive scientiam de ortu naturæ ipse ad invenit. *Salvin.*

p. 32. καθ' ὑπόθεσιν) concinnatum in MS. manu recenti in καθ' ὑπόθεσιν. *Salvin.* Eandem lectionem tuetur Taurinens. Hac mutatione non opus esse apparet ex eo, quod καθ' ὑπόθεσιν idem hoc loco sit, quod paulo ante p. 31. per ὑποθέμεν expressit, i. e. fundamenti loco præstruens. Hinc & eruditiss. *La Croze* καθ' ὑπόθεσιν verti vult: fundamenti loco, id quod loco *Jamblichii* maxime idoneo probat, qui legitur p. 2. in Nicomachi Arithmetica: διὰ δὲ τῆτο παραλαμβάνειν δεῖ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην τῶν ἀριθμῶν. Καὶ γὰρ ὡς ἐν ὑποθέσει δεῖ προκεῖσθαι ταύτην. Eandem, credo, significationem subindicare voluit emendator *Mediceus* per vocem ὑπόθεσιν cujus eandem notionem ad Hebr. XI. 1. esse plurimi persuasi sunt.

ibid. ὑπὸ τῶν ἀριθμητικῶν) in MS. ὑπὸ τῶν ἀριθμῶν, minus recte. Ex notis *Cl. Gronovii* manifestum est, eum paulo post, ubi voces ὑπὸ τῶν ἀριθμητικῶν recurrunt, in MS. itidem legisse ὑπὸ τῶν ἀριθμῶν, quamvis hujus rei diserte non faciat mentionem.

p. 33. l. 1. Φυλάσσειται) Taurinens. Φυλάσσηται.

p. 34. l. 1. παγὴν ἀένναος φύσεως) Taurin. minus plene: ἀένναον φύσιν.

p. 34. l. 1. ὡς ῥιζώματα) cum particula illa explanati-



nativa opus hic non sit, malim eam expungere; puto enim idem hic librario usu venisse, quod alias accidit, ut ultima vocis syllaba repetita novam vocem sifteret. Paraphrastes, doctrinam hanc Pythagoræ de numeris illustraturus, observat, δεκάδα dici quasi δοχάδα. Verba ita habent: διὰ τῆτο γὰρ καὶ δεκάς εἴρηται οἰονεὶ δοχὰς ἢ δεχομένη πάντα ἀριθμὸν. ὑπὲρ γὰρ τὴν δεκάδα ἕτερος ἐν ἑσῶ ἀριθμὸς, ἀλλὰ ἀναδιπλασιάζονται οἱ ἀριθμοί.

P. 35. δύναμις, κύβος) Gronovius *potestas* & *tesseræ*: verterim: *potestas* sive *radix* & *eibus*. *Salvin.* Res manifesta est, locum hic invenire significatum vocis κύβος, Mathematicis alias familiarem, quamvis ceteroquin constet, eandem & tessaræ & monadis habere notionem. Testis unus instar omnium sit Eustathius ad Iliad. II. p. 1110, ed. Basil. Διχῶς γὰρ ὁ κύβος, αὐτό τε τὸ ἀναρρίπτέμενον, ὡς τὸ αἰεὶ γὰρ εὐπίπτεσιν οἱ Διὸς κύβοι, ὁ παρομιωδῶς ἢ τραγωδία εἶπῃ καὶ ἡ ἐναύτω μονάς ὡς τὸ βίβλην ἀχιλλεύς δύο κύβω καὶ τέταρα, ἤγειν δύο μονάδας καὶ τέταρα. De posteriori notionem, quæ unionem sive punctum tessaræ infert, lege Cl. *Kusterum* ad *Svidam* Tomo I. p. 83. & Tom. III. p. 505. *Salmasium* ad *Vopiscum* p. 759. & *Ezechielem Spanbemiū* ad *Aristoph.* *Ranas* v. 1447.

ibid. ὅταν γὰρ δύναμις αὐτὴν) Scribendum censeo cum spiritu denso αὐτῶ, se ipsam in se ipsam revolvit. *Salvin.* Et rectius omnino, quam ipse ego in notis statueram, legendum censeo

sens



sens *αὐτῆ*: verbum enim non neutralem tantum, quod olim putaram, sed activam quoque significationem tuerur. Deinde nihil frequentius est, quam ut in Codd. spiritus inter se permutentur & confundantur. Patet itaque, Cl. Richterum p. 78. l. c. minus recte vocem *αὐτῆ* ex contextu exfulare jubere.

p. 35. l. 14. 15. 16. *διωμόκυβος, ὅταν δὲ κύβος ἐπὶ κύβον*) non agnoscit *Taurinensis*.

p. 40. *εἶναι δὲ τὸν κόσμον Φασίν*) pro *Φησίν* quod editio Cl. Gronovii habet, per typographi lapsum in mea editione exscriptum est *Φασίν*. MS. ipsum ut & *Taurinensis* habet *Φύσιν*, quod VV. CC. *Gronov.* & *Salvinus* in *Φησίν* mutandum censent referentes hæc ad Pythagoram. Enimvero si quid video, & hæc verba ad Zarata dogmata recensenda adhuc pertinent, cum primo quidem non sit verisimile, Scriptorem nostrum eandem doctrinam de mundi harmonia, quam jam supra p. 27. Pythagoræ vindicaverat, bis tradere voluisse; deinde vero eidem constitutum hic sit, ostendere Pythagoræ Philosophiæ capita à Zarata deducenda esse, ac denique illa Pythagoræ cum Zarata consensio postea pluribus adhuc periodis exponatur. Crediderim itaque in lectione Codicis acquiescendum esse, & *Φύσιν* hic inferre *substantiam* quandam *animatam*, qualis mundus plerisque inter gentes Philosophis habitus est. Sic Stoici mundi animam *Φύσιν κοινὴν* vocabant, quod præter



alios diligenter commonstravit Jac. Thomaeus in diff. XIV, de Stoica mundi exult. §. 18. seqq. Sic iidem animam plantarum non ψυχήν sed φύσιν proprie appellabant: vide Salmasium ad Simplicii comm. in Epictetum p. 122. sq. Qvod si itaque retineamus φύσιν, ratio quoque reddi potest particula καὶ connectentis. Eadem notione infra p. 63. ex Anaximenis sententia stellis γαῖδεις φύσεις tribuit, & p. 57. φύσιν τινὰ τῶ ἀπείρων memorat.

p. 41. περίοδον ἑναρμόνιον ) *facere circuitum certa harmonia limitatum*, Gronovius. Equidem verterem: *facere ambitum enharmonium*. Genus enharmonium unum è tribus generibus Musicae notissimum, quod etiam ἁρμονίαν & ἑμμελίαν vocabant: *Salvinus*. At, quod pace Viri eruditissimi dixerim, videtur interpretatio Gronoviana retinenda, cum tertium illud Musicae genus non ἑναρμόνιον dici soleat, ut apparet ex Ptolemaeo, Macrobio in Somn. Scipionis II. 4. aliis. Deinde vox ἑναρμόνιον à Svida simpliciter explicatur per ἑμμελίαν, & Philo in lib. de mundo simili ratione dixit, πᾶσι ἡ κόσμος μέρη πάσιν ἑναρμόνιον εἰληχένας. Nihil itaque aliud Scriptorem nostrum hic innuere voluisse putem, quam ex Zaratae sententia Solis cursum harmoniae cujusdam Musicae rationem secum ferre, quod ipsum de Pythagora supra tradiderat.

p. 42. Φασί ) ita per negligentiam typographi in mea edit. legitur, Cl. Gronovius ex fide MS. recte habet Φησί. ibid.



ibid. *αἰτία*) in notis profitetur Cl. Gronovius se in MS. invenisse in plurium numero *αἰτία*; nihilominus tamen in contextu expressit *αἰτία*. Richterius pro *αἰτία* ἔτον Ζαράταν εἰρηκέναι, certissima, ut putat, emendatione legit διὰ τὸν Ζαράταν εἰρηκέναι, & varia nostri loca v. c. p. 47. 99. 161. & 171. affert, in quibus eadem *Φράσις* occurrit. Neque sane quisquam temere negaverit, familiarem hanc Græcis esse scribendi rationem; sed quod eadem hic quoque adhibita sit, demonstrari vix posse puto, præcipue cum MSS. hic consentiant, nec altera illa à Græco sermone aliena, quamvis minus recepta, videatur.

ibid. *σωισαμένης*) Taurinens. mendose *σωεσαμένη*.

ibid. *σωσεσημμένης*) MS. *σωσεσεμμένης*. Paraphrastes verbum hoc cum ceteris ita explicat:

διὰ τὸ ἔτι *σωισαμένης* καὶ οἷον *συμπηγυμένης* τῆς γῆς ἐγγενέσθαι τὸν κύαμον.

p. 42. v. ult. *προσφέρει*) Taurinensis *προσφέρειν* rectius.

p. 43. *ταύτην τε καταχρίσαντες*) *eamque pice litam in terram defoderimus*. Idem dicit, sed minus diffuse quod Porphyrius de Vita Pythagoræ p.

44. καὶ *Πηθεμα Πηθεῖς* &c. Cl. La Croze.

p. 45. l. 5. *εἰ δ' εἰ*) Gronovius Sin: *Salvinius* reddit *alioquin*.

p. 45. l. 1. *λυθεῖς ἐμίσηγο*) Taurinens. legit *λυθὲν ἐμίσηγο τῶ τῶν ἑτέρων*, contextui minus convenienter.



- p.45.l 7. ἀπεβάλετο ) Taurinens. ἀπεβάλετο.  
 p.46.v.2. ὅς καὶ ) Medic. οἱ καὶ vitiose.  
 ibid. v. 9. καταπλαγαίς τε ) Taurinensis rectius  
 καταπλαγαίς τῆ. Non enim opus erat τῶ τε.  
 ibid. δυσχερῶς ἐξαγορευομένη ) *quam difficulter descri-  
 bendo efferas* : Gronovius. Malim equidem  
 vertere: *quæ difficulter vel ægre communicari cum  
 aliis solet*. Loquitur enim de Ægyptiorum  
 sapientia, quam sibi servasse plerumque hujus  
 gentis Philosophos constat. Hanc esse Scri-  
 ptoris mentem ex iis, quæ ἀμέσως sequuntur,  
 patet, ubi dicitur Pythagoras ad exemplum  
 Ægyptiorum discipulis suis silentium impe-  
 rasse. Consentit Cl. La Croze, qui verti  
 vult: *Et quæ difficulter in vulgus effereba-  
 tur*.  
 pag. 47. l. 3. ἀδύτως ) Taurinensis mendose  
 ἀδυνάτως.  
 p.49. ὡς σχεδὸν καὶ οἱ Στωϊκοὶ σωτίζονται δόγματι )  
 libenter legerem ὡς σχεδὸν, ut illud ὡς referri  
 possit ad δόγματι. Lapsus enim librarii fa-  
 cilis fuit ex eo, quod litera initialis vocis se-  
 quentis ad antecedentem relata, atque adeo  
 per negligentiam repetita fuit, cujus rei non  
 unum exstat exemplum.  
 pag. 50. μάλιστα δὲ πάντων συγκαταίθεται ) Gronovius:  
 plurimum tribuit; verterem; *assentitur, fidem  
 præstat*. Salvinius, qui etiam ad notas meas  
 hæc erudite animadvertit: Alii hic legunt  
 ἔλλοπῃ (scribe ἔλλοπες) Cyrillus contra Ju-  
 lianum φαίδιμῃ: sed tunc versus non con-  
 stat



stat, nisi diceretur καὶ εἰν αἰλί Φαίδιμος ἰχθύς.  
 Καὶ ἐξ αἰλός εὐποροῦ ἰχθύς ego verterem, non  
*venalis, sed mari incedens, è mari emergens, ut*  
*delphines faciunt. Haftenus Salvinius, qvem*  
*vocis εὐποροῦ veram in hoc loco notionem*  
*adsecutum esse non dubito. Similiter enim*  
*usurpatur pro vestore apud Homerum Odyss.*  
*β. v. 318. Εἶμι μὲν, εἰδ' αἰλιὸν ὁδὸς ἔσσειται ἢν ἀγορεύω*  
*Ἐμπορος. Ad hunc locum Eustathi<sup>9</sup> p. 98. obser-*  
*vat, ab Homero hic dici eum εὐποροῦ, qvem*  
*sequioris ætatis Scriptoros vocent ἐπιβάτην,*  
*ὡς ἐμπόρον παρ' αὐτοῖς λεγομένου τῷ μεταβολέως καὶ*  
*ὡς εἰπεῖν πραγματευτῆ, καὶ μάλιστα τῷ διὰ θαλάσσης*  
*πειρῶντι, παρὰ τὸν πόρον.*

p. 51. ὁ τέτων διδάσκαλ<sup>9</sup>) monueram in notis le-  
 gendum videri ὁ τέττε διδάσκαλ<sup>9</sup>, cum Scri-  
 ptor de Empedocle solo, Pythagoræ discipulo,  
 loquatur; sed Cl. Salvinius recte observat, ni-  
 hil hic esse mutandum, cum verti possit: *hu-*  
*jusmodi rerum Magister Pythagoras, ut τῷ τέτων*  
*non ad personas sed ad doctrinas referatur.*

p. 52. Εὐφορβον) Taurinens. ΕΦορβον. ibid. l. 4.  
 post μὲν inseritur ἐν.

p. 52. ἐκλασεν) editio Gronoviana ex typogra-  
 phi vitio. MS. habet ἐκλαίεν, qvod in notis  
 restituendum putaveram.

p. 53. l. 4. αὐτὸν) Taurinensis vitiose τὸν.

p. 53. l. 5. τὰ πάντων) sic mendose in mea editio-  
 ne legitur pro τὰ πάντα qvod habet Grono-  
 vius, & sensu exigente, & suffragante Codice.  
 Ad notas meas in extrema hac pagina legen-  
 das



das sequentia erudite observavit Salvinius de verbis Heracliti: Verba Laërtii initio vitæ Heracliti sunt è libro ipsius Heracliti: πολυμαθὴν νόον & διδάσκει: varia eruditio iudicium non docet. Ησιόδου γδ αὐτὸν ἐδίδαξε καὶ &c. h. e. Hesiodum enim utique docuisset &c. ergo non de Heraclito, sed de varia eruditione intelligendum, cujus ea vis non est, ut magistra sit intellectus, seu mentis & iudicii.

p. 54. τῶν ἀπάντων ἀρχὴν) Salvinius conjicit legendum esse τὴν ἀπάντων.

p. 55. l. 2. πάντα τὸν κατ' ἡμῶν τόπον) Paraphrastes videtur legendum censuisse κατ' ἡμᾶς. Ita enim hæc παραφράζει καὶ τὸν κατ' ἡμᾶς βίον μεσὸν κακῶν μέγχει σελήνης. Eodem modo legit, & recte quidem Taurinensis, sicut l. 4. pro μέγχει δε habet μέγχει μὲν.

ibid. ἀπεμφωνήσας) MS. habet ἀπεμφαινέσας, quæ procul dubio vera lectio est & confirmatur à Taurinensi. Ἀπεμφαίνω enim idem est, quod Latini dicunt, non consentio, atque adeo sensus est, doctrinas Physicorum post Thaletem viventium ab illis, quæ antea recitatae sunt, nullo modo discedere. Vicissim alterius vocis ἀπεμφωνεῖν nullum credo exstare exemplum.

p. 56. τὴν τῆς Πυθαγόρου) ita mea editio minus recte, pro τὴν ἀπὸ Πυθαγόρου, quod ad fidem MS. exhibet Gronovius. Ibidem Cl. Gronovius edidit ἐκθεμένως Φιλοσοφίας καταδιδοχὴν cum hac interpretatione postquam à Pythagora dedu-



Balsamon ad Canon. Apostol. LVIII. admonuit: Τὸ Ἐπίσκοπικὸν ἀξίωμα διδασκαλικόν ἐστι, καὶ πᾶς ἐπίσκοπος ἔφείλει διδάσκειν τὸν λαὸν τὰ ἑσπερῆ δόγματα, καὶ τὴν τῶν ὀρθοδόξων κατὰ τὴν σκοπὸς ᾧ πῶς χάριν ἔπίσκοπεῖν τὰ ὑπὸ τὸν λαὸν αὐτῷ, κἀντεῦθεν καὶ Ἐπίσκοπος κέκληται. h. e. *Dignitas Episcopalis docendi munus includit: & omnis Episcopus debet populum docere pia dogmata, & orthodoxorum constitutionem: speculator enim constituitur, ut speculetur populum sibi commissum; hinc etiam ἐπίσκοπος, speculator vocatus est.* Propterea & non post paulo post addit: σὺ οὐ φθαλιμῷ νυσσάξομεν, non dormitabimus, Episcopalem curam sibi demandatam significaturus, quem scilicet, secundum Balsamonis monitum τὸ ὄνομα ἔπίσκοπος εἰς νῆψιν διήγειρεν, ipsum Episcopi nomen ad vigiliam excitabat. Propterea denique se φερρὸν Ecclesiæ haberi adfirmat, quam nominis dignitatem in Sacerdotem spiritualem ex φέρσει Ecclesiastica cadere non magis crediderim, quam in Doctorem Catecheticum, cujus officio Origenes & Didymus fuerunt defuncti.

Neque obest nobis, quod Vir præstantissimus urget, ejusmodi hic δὲ χειρατείαν intelligi, qualis avisi sint Apostoli, unde dicatur τῆς αὐτῆς ejusdem δὲ χειρατείας, qua certe non in dignitate Episcopali, illi certe seculo non nota, sed in munere docendi constitit. Hic primo quidem, quod obiter moneo, Vir doctissimus voces τῆς αὐτῆς χάριτος minus, puto, recte retulit ad δὲ χειρατείαν & διδασκαλίαν, tanquam illius gratiæ species, cum potius



vi contextus spectent ad dona Spiritus Sancti, quæ paulo ante cum fidelibus communicata esse dixerat. Id enim sibi velle Scriptorem, ex eo conficio, quod confutationem hæreticorum beneficio Spiritus divini fieri debere diserte monet: hujus igitur & se participem commonstrare volebat, qui idem negotium aggrediebatur. Cum itaque illa *αὐτῆς χάρις* ad *ἀρχιεπισκοπείαν* non pertineat, exactam similitudinem inferre non existimanda est. Imo vero si explanationem hanc V. C. largiamur, ne sic quidem tam presse illi comparationi insisti potest, cum hoc modo doctores Ecclesiæ cum Apostolis nunquam comparare se possint, quos in omnibus officii partibus cum prærogativa quadam præ insequentibus Ecclesiæ doctoribus versatos esse constat. Et nihilominus tamen, videmus Apostolorum nomen hinc inde illis tribui, qui ab Apostolis proprie dictis insigni non minus ætatis quam dignitatis intervallo sejuncti fuerunt. Veterum hanc in rem locum cumulate adducunt *Cass. Barthius* Adversar. lib. LI. c. 4. *Claud. Salmasius* de Episcopis & Presbyteris p. 40. *Cl. Basnage* ad A. C. XXI. §. 18. & *Jo. Henr. Svoicerus* pag. 477. Thesauri Ecclesiast. Itaque sufficiet ad vindicandum sibi Episcopatum Apostolico similem, si non tam exterior nominis dignitas, cui pro temporis varietate mutatio accidere potest, quam interior muneris ratio eadem utrinque observetur. Hanc autem nemo desideraverit, qui recogitet, Apostolos



stolos non minus olim, quam postea Episcopos, habendis ad populum concionibus, initiandis catechumenis, ordinandis Sacro Ordini adscriptis, aliisque momentis, quæ *David Blondellus* in elegantissimo libro de Episcopis & Presbyteris exposuit, muneris sui partes implevisse.

Nec juvat eruditissimum Virum, quod porro affert, Svicerum monere voce *ιερευς*, certo sensu omnes Christianos *ιερεας* & *Αρχιερεας* à Patribus Ecclesiæ vocatos esse. Neque enim tam quæritur, quæ interdum pro argumenti conditione notio voci alicui subijci possit; quam de eo potius disputatur, quæ significatio huic loco ab ipsa contextus serie & Scriptoris potissimum consilio vindicetur. Hanc vero vagam illam significationem esse non posse, ex superioribus, si quid iudico, facile patebit. Inficiari vero alioquin nolim, vocem *ιερευς* tam lati esse ambitus, ut quemadmodum interdum *Episcopum* simpliciter denotat, quod eruditissimus *Ludov. Antonius Muratorius* in notis ad *Anecdota Græca* p. 114. & de Latina voce *Sacerdos* ad *Tom. I. Anecdota Latinorum* ubi Paulini carmen in Natalem XIII. v. 568. legitur, ostendit; ita ministrum Ecclesiæ minoris quoque ordinis, imo quemvis Christianum, si reliqua patiantur, exprimere possit; sicut ampla hæc vocis notio apud profanos quoque Scriptores obtinet, quod elegantissimæ doctrinæ Vir *Jo. Massonus* in *Histor. Critica Reipubl. liter.* Tom. III. p. 121. sq. commonstravit. Cum vero à propria & communi



muni vocis notione, ipsa inprimis contextus conditione, & Scriptoris consilio munita, recedendum non esse V. C. non ignoret; non in- vitus, credo, patietur, ut in communiore αρχιε- ρατείας & διδασκαλίας, quarum illa ad Episcopa- tum, hæc ad publicum in Ecclesia docendi mu- nus refertur, acquiescamus.

His ad liquidum deductis, necesse est, ut osten- damus, *Didymum* non magis quam *Origenem*, cui *Φιλοσοφάμνα* hæc eadem potissimum de causa abjudicanda putavimus, illa, quæ hucdum exa- minavimus, verba de se usurpare potuisse, quos constat, non Episcopatum aut publicum in Ec- clesia munus gessisse, sed Scholæ Catecheticae Alexandriae præfuisse. Equidem de Schola il- la Alexandrina tam abjecte non sentio, ut cum *Herberto Thorndicio* in *Restauracione Ecclesiæ* p. 230. existimem, eam adducendis ad fidem gentilibus institu- tam fuisse, atque adeo in Scholis Christianorum non cen- sendam esse; omnia enim alia hic statuenda esse egregie, ut solet, evicit *Venerabilis Abbas, Jo. Andr. Schmidius*, de antiquitate Ecclesiastica jam- pridem insigniter promeritus, in præfatione, quam *Andrea Hyperii* libro de Catechesi præmisit, p. 15. Tantam tamen hujus officii dignitatem non video fuisse, ut qui illi præesset, vel de se ipse, vel de ipso alii tam magnifice & sentire & loqui posse viderentur. Scilicet illa sacrarum litera- rum officina sive διδασκαλείον τῶν ἱερῶν λόγων, ut *Eusebio* *Histor. Eccles. lib. V. p. 175.* vel κατηχήσεων διδασκαλείον, ut eidem lib. VI. p. 228. vocatur,

eo



eo spectabat, ut rudibus vel gentilibus vel Christianis prima sacrae doctrinae elementa instillarentur, sicut ipsum Origenem, illius deinde Scholae magistrum, *Clementi Alexandrino* fuisse *Eusebius* lib. VI. Hist. Eccles. p. 208. testatur, qui & p. 204. refert, eundem, in anno aetatis octavo & decimo constitutum, ex Schola Grammatica, quam sibi matrique cum liberis sustentandis aperuerat, ad ornandam Scholae Praefecturam ab Episcopo Demetrio vocatum esse. Ex quo patet, defungi aliquem hoc munere potuisse, qui in Sacrum Ordinem cooptatus non esset, neque adeo publice in Ecclesia docendi facultatem haberet. Id quod ipse quoque Origenes expertus est. Cum enim is aliquot post annis, turbis Alexandrinis permotus, Caesaream se conferret, & ab Episcopis illius dioeceseos ad exponendas in Ecclesia literas diviniore adhiberetur, Demetrium, quem diximus, repugnantem habuit, & omni ope contendentem, Laico homini his partibus defungi non licere. Is itaque Alexandriam reversus anno demum aetatis 43. Presbyter ordinatus est, atque adeo tum demum in Sacrum Ordinem adscitus: quae quidem omnia ab *Eusebio* lib. VI. c. 19-21. fusius exposita legere licebit. Quae itaque Origenis in eo munere conditio fuit, eadem sane & ceteris ejus Successoribus non praeter rationem tribuetur, & nominatim *Didymo Alexandrino*, pro quo tanquam auctore libri, V. C. propugnat. Is enim cum caecitate forte adductus,

Mona-



Monasticæ vitæ instituta sectaretur, quod Socrates IV. 15. & Theodorus IV. 29. testantur, Ordinem Sacrum nunquam ingressus esse, sed docendo & commentando ætatem trivisse videtur. Hiccine igitur se *Διάδοχον Αποστόλων, Apostolorum successorem*, hiccine se *Φερρόν τῆς Εκκλησίας* vocaret? hiccine sibi *ὑπερηφανείαν & διδασκαλίαν*, in Ecclesia tribueret? Hiccine illis verbis, quæ p. 15. *Φιλοσοφούμενων* leguntur, uteretur: *Ταῦτα καὶ διὰ λόγου σημεῖοι καὶ διὰ γραμμάτων ἐμμελετοῦσι καὶ ἀνεπαχύντως κηρύσσουσι* h. e. illa *ἔ* sermone (vel concione) promulgantes *ἔ* literis consignantes sine pudore predicamus? Tantum, me iudice, abest, ut ipse ita de se locuturus fuisse videatur, ut nec alii his eum elogiis affecisse legantur. *Sozomenus* certe III. 15. præclare de eo sensit, & nihilominus tamen eum *πρεσβυτέρου ἔ* ἱερῆ διδασκαλείᾳ τῶν ἱερῶν μαθημάτων h. e. *presbiterum sanctæ scholæ sacrarum literarum*, tantum appellat; quod quamvis ad laudem sufficiat, tantum tamen non est, ut prærogativæ modo commemoratæ in eum cadere possint. Hinc itaque conficio, Didymum eadem de causa opusculi hujus Scriptorem haberi non posse, quæ *Illustr. Huetium* aliosque adduxit, ut Origenis nomen illi falso præscriptum existimarent. Quæ etiam causa est, cur *Clariss. conjunctissimusque Collega meus, Jo. Albertus Fabricius*, idoneus, si quis alius, harum rerum iudex, lib. V. *Biblioth. Gr. Part. I. p. 225.* commemoratæ *V. C. sententiæ* subjunxerit; *sed licet sectarum volumen*



*men ab eo editum fuisse constat, tamen nec ipse fuit Episcopus. Atque id quidem ostendisse quod ad causæ caput sufficeret: sed & cetera, quæ V. C. ingeniose & erudite attulit, audiemus.*

Scilicet p. 65. Vir doctus magnam historiæ philosophicæ peritiam ex *Φιλοσοφημένοις* nostris elucere recte affirmat, quali cum ex testimonio veterum, *Sozomeni* inprimis & *Nicephori*, *Didymus* instructus fuerit, consequi idem putat, eum scripti hujus esse auctorem. Quod argumenti genus seorsim sumtum nimium, adeoque in hac causa nihil probare facile intelligit Vir præstantissimus, cum hoc modo & *Clemens Alexandr.* & *Origenes* & *Epiphanius* pro Scriptoribus illius haberi possint, ut plures taceam Ecclesiæ Doctores, qui pro illorum temporum conditione, ut plurimum huic doctrinæ parti apprime innutriti erant, eo quod vel ex ipsis Gentilium Scholis prodirent, vel rem sibi cum Gentilibus aliquando fore præviderent. Adjungitur huic alia ratio, à convenientia locorum quorundam, qui in scriptis ejus aliis adhuc obviis inveniuntur, cum *Φερίσει* & sententiis quæ in *Φιλοσοφημένοις* inveniuntur. In hanc sententiam duo afferuntur exempla. *Didymus* lib. I. de Spiritu S. qui apud Hieronymum Tomo IX. Opp. exstat latine conversus ab initio ita: *Quoniam quidam temeritate potius, quam recta via etiam in superna eriguntur, & hæc de Spiritu S. jactitant, quæ neque in Scripturis lecta, neque à quoquam Ecclesiasticorum veterum usurpata sunt.* His *ἀδελφοί* esse



esse putat, quæ p. 16. & 17. proæmii ad *Φιλοσοφείδωρα* hæc leguntur : *Hæc ausi sunt* (hæretici) *nihil eorum adepti ex sanctis Scripturis, neque alicujus Viri Sancti dogmata sequentes.* Porro idem locum Didymi p. 333. ap. Hieron. sequentem : *Satis hæc abundeque juxta ingenii nostri paupertatem de præsentis Evangelii capitulo dixisse sufficiat. Si quibus autem Dominus revelaverit, & in viciniam veritatis adducti sunt, magisque possunt cernere veritatem, disputationi illorum concedamus meliora, quibus ille suffragatur, qui est Spiritus veritatis, & petimus eos, qui lecturi sunt, ut ignoscant imperitiæ, studioque dent veniam, cupienti totum Deo offerre, quod potuit, licet suam non quiverit implere voluntatem; hunc, inquam, locum comparat cum sequentibus *Φιλοσοφωμένων* verbis p. 66. *Sed neque universis animi & corporis viribus laborantes defetiscimus, dignam digne Dei beneficio gratiam referre conantes: nec tamen sic æqua vice compensantes, nisi quod neutiquam in iis remittamus, quæ nobis sunt credita, sed exsequamur cujusque temporis officia, ut quæcunque suppeditat S. Spiritus, ea sine livore cum omnibus communicemus.**

Hic ante omnia monemus, argumento illi, quod à convenientia vel discrepantia sive dictionis structuræque, sive sententiarum ad *ισοθείαν* vel *γρηγορητικῆς* scripti suspecti ostendendam duci solet, parum roboris habere; nisi ejusmodi vel *Φράσεις* vel *γράμματα* afferantur, quas Scriptor aliquis ita sibi familiares reddiderit, ut fere proprias habeat, quod sæpius & tantum non semper, in primis *πολυεραφοίς*, usu venire nemo temere



mere inficiabitur. Forte tamen Vir doctus hic sibi aliquid amplius vel sumsit, vel sumi posse censuit, quod ex ipsa ejus commentatione de Anonymis & Pseudonymis p. 33. non vana conjectura assequor. Sed hoc argumentum, cum paucis id quidem confici non possit, nec nobis hic liceat esse longioribus, alibi excutiendum sumemus, & hoc loco in illis acquiescimus, quæ V. C. Jo. Clericus in præfat. ad Philargyrii Cantabrigiensiis Emendationes in Reliquias Menandri & Philemonis p. 30. & Vir doctus in *Bibliotheca Nova Hallensi* Part. XII. p. 157. mnuerunt. Sed ut in rem præsentem veniamus, nihil sane in his locis inter se comparatis quod ad *Phædru* vel sententiam, quam Cl. Heumannum imprimis respexisse puto, video ita simile, quod non ab omnibus aliis, in simili argumento versatis, etiam sine exemplo alterius, vel scriptum alias sit, vel scribi potuerit. In priore exemplo *Didymus* hæreticorum insolentiam retundit ex eo, quod ipsorum placita & Scripturæ & antiquorum doctrinæ repugnent. Enimvero utrumque argumentum primos illos Ecclesiæ Scriptores contra hæreticos semper urfisse, & passim conjunxisse nemini non constat, ex quibus unicuique hic adducemus *Irenæum*, utramque rationem hæreticis non uno in loco opponentem. Sic v. c. in præfat. ad lib. V. p. 291. *Traductus*, inquit, *dilectissime*, *omnibus hæreticis in quatuor libris, qui sunt tibi ante hunc à nobis editi, & doctrinis ipsorum manifestatis, everfis quoque his, qui irreligiosas adinvenierunt sententias, aliquid quidem ex propria*

E

unius-



uniuscujusque illorum doctrina, quam in suis conscriptis reliquerunt; aliquid autem ex ratione universis ostensionibus procedente, & veritate ostensa, & manifestato praeconio Ecclesiae, quod Prophetæ quidem praecona verunt, quemadmodum demonstravimus, perfecit autem Christus, Apostoli autem tradiderunt, à quibus Ecclesia accipiens per universum mundum sola bene custodiens tradidit filiis suis, quaestionibusque omnibus solutis, quæ ab hæreticis nobis proponuntur &c. Adde lib. I. c. 9. p. 47. ut & c. 10. itemque lib. III. c. 2. editionis Cl. Massveti. Quæ quidem loca si & inter se & cum loco hoc *Φιλοσοφῶντων* comparaveris, in illis breve quasi totius hujus proœmii Philosophumenorum compendium inveneris: tanta est utrinque similitudo. Quæ sicut non efficit, ut *Irenæum* auctorem putemus, ita non video, potiori jure idem hinc pro *Didymo* pronunciari posse. In posteriori exemplo adhuc minor convenientia se mihi repræsentat, cum *Didymus* quidem aliis Scriptoribus, idem argumentum forte tractantibus, noster autem Deo impotentiam suam excusat: quod ipsum in argumento sacro versantibus facere solenne est. Imo confidenter dixerim, si dictionem in nostri Scriptoris proœmio obviam cum stylo *Didymi*, qualis in nonnullis Opusculis & fragmentis existat, quibus nuper admodum Clariss. diligentissimusque *Mich. Le Quien* ex *Damasceni Parallelis Rupefucaldianis* Tom. II. Opp. p. 754. 778. 780. 781. 787. & 789. ut & ex *Parallelis Vatican.* p. 685. &c. varia superaddidit, curatius conferamus; eam cum nostri auctoris, quicunque



que sit, stilo ita discrepaturam, ut verum habeamus, quod Hieronymus in præfatione ad illos libros de Spiritu Sancto professus est: *Imperitus sermone est Didymus, & non scientia.* Certe apud Scriptorem τῶν Φιλοσοφῶν quæ sita quædam & elegantiam sublimitatemque, ni fallor, interdum nimis affectans oratio est, quæ simplicior apud Didymum est & neglecta; illic frequentes comparationum flosculos, hic nullos inveneris; illic circumductam, hic brevem & concisam dicendi rationem deprehenderis, & cum decorum orationis in æstimando stilo imprimis considerandum veniat, illic majorem quandam confidentiam cum adversariorum contemptu conjunctam, hic compositæ mentis tranquillitatem & orationem leniter profluentem perspexeris. Fidem facit posterius exemplum à Cl. Heumanno allatum.

Ut vero eo luculentius pateat, quam incerta sit, quæ ex stilo ducitur, argumentandi ratio, nisi limitibus probe constitutis coerceatur, memoria repetere juvat, Cl. Gronovium in notis suis ad hæc *Φιλοσοφῆματα* & plura & luculentiora ex Origenis scriptis aliis loca attulisse, quæ nunc quod ad sententias, nunc quod ad voces, minus aliis familiares, qualis est *Ἰπποδαιμένειον*, insignem consensionem cum nostro libello spirent. Neque tamen propterea Viris doctis puto persuasum, ut Origeni vindicandum arbitrentur. Imo, quod plus valet, tanta mihi inter Irenæum & nostrum dictionis communio intercedere videtur, ut, nisi obstarent alia, eundem utriusque



Scriptorem esse quovis pignore contendere aulim. Primo generalia quædam stili *κευθηρα* utrinque observanda afferam. Irenæus circumductas & longiores amat periodos præcipue in librorum præfationibus, quod tralatitia inspectio ostendit, & Cl. Massvetus ad lib. I. erudite observavit. Jam lege mihi præfationem nostri, & idem senties. Irenæus frequens est in similitudinibus, & metaphoris; nec hoc à nostro alienum: ille compositas dictiones sectatur; eadem & nostro se probarunt: ille trajectiones amat, quas nec in nostro desideraveris: ille veritatis causam contra hæreticos acerbis interdum & gravibus verbis agit æque ac noster. Irenæus scriptionis suæ in præfat. ad lib. V. p. 291. hanc reddit causam, *quod in administratione sermonis positus sit.* Eadem similis instituti nostro auctor fuit, quod profitetur p. 14. ubi ad *διδασκαλίαν* provocat, & p. 15. ubi ait *ἐν οἷς περὶ σφύμεθα μὴ αἰτοῦντες, & τὰ ὅσα διὰ λόγου σφικίζονται.* Irenæus lib. I. cap. ult. p. 113. ita: *Adversus eos (hæreticos) victoria est sententiæ eorum manifestatio. Quapropter conati sumus nos universum male compositæ vulpeculae hujus corpusculum in medium producere, & per te facere manifestum. Jam enim non multis opus erit sermonibus ad evertendum Doctrinam eorum, manifestam omnibus factam. Sic & nobis, cum in manifestum redegerimus eorum abscondita & apud se tacita mysteria, jam non erit necessarium multis destruere eorum sententiam.* Vides hic optimum hæreticos revincendi modum in detectione errorum, quos studiose occultent, collocari: lege jam locum



cum Philosophumenon ex p. 12. 13. & eandem omnino sententiam, nec dissimiles *Φερίσεις* inveneris. Is ita habet: εἶδε γὰρ μικρὰν τινα βοήθειαν τῶ τῶν ἀνθρώπων βίῳ καταλείφομεν, πρὸς τὸ μηκέτι πλανᾶσθαι, Φανερώς πάντων ὁρῶντων αὐτῶν καὶ ἀρρήτα ὄργια, ἃ ταμιευόμενοι μόνοις τοῖς μύσαις ᾤδα διδάσκειν. *Irenaeus* p. 2. monet, errorem latebras quaerere, ne manifestus evadat: ἢ γὰρ πλάνη, inquit, καθ' ἑαυτῷ οὐκ ἴσθι δεικνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσι γένηται κατὰ Φωρῶ. Idem aliis verbis frequenter repetit noster, v. c. p. 7. 8. 10. 13. Neminem ex veteribus novi, qui occultatos haereticorum errores mysteria frequentius vocet, & cum gentilium ritu conferat, quam *Irenaeus*. Sic p. 3. *πρατάδη καὶ βαθεῖα μυστήρια* vocat. p. 4. τὰ μέγιστα ἔτι νῦν κεκρυμμένα, ἤδη δὲ καὶ τι χάρειν ἔδειξεν εἰς Φανερόν ἔληλυθότα. p. 7. τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστά καὶ ἀπίρρητα μυστήρια: lib. I. c. 12. μέγα καὶ ἀπίρρυτον μυστήριον. p. 160. τὰ κρυπτά τῆς γνώσεως μυστήρια: p. 113. *abscondita & apud se tacita mysteria*: p. 228. *mysteria inenarrabilia*: p. 114. *sententia abscondita*. Atque easdem *Φερίσεις* in singulis fere proœmii nostri paginis deprehenderis. Sic p. 7. ἀρρήτα μυστήρια, ibidem ἀρρήτα αὐτῶν εἰς Φῶς ἀγειν, p. 8. τὰ ἀρρήτα ἐξείπειν p. 9. τὰ ἀπίρρητα μυστήρια, p. 10. τὸ τέλειον τῶν κακῶν ᾤδα διδόντες, quae *Φερίσεις* alludit ad veterum mysteria sive τελετὰς, p. 11. τὰ τέλεια αὐτῶν μυστήρια p. 13. κρύφια καὶ ἀρρήτα ὄργια: p. 15. τὰ ἀλλότρια εἰς Φανερόν ἀγοντες. Intelligis, credo, Lector, ejusdem *Φερίσεως* studium paucis paginis in eo momento demon-



stratum, quod aliis Scriptorib<sup>9</sup> tam min<sup>9</sup> solen-  
ne est, ut à Massiveto in Glossario Græco vocum,  
quæ vel ab usu communi remotiores sunt, vel  
quarum significata sunt Irenæo propria, p. 383.  
phrasis ἀπόρητα μυσήματα, quam in φιλοσοφαιμέ-  
νοις nostris p. 10. & si ἀρήτα substitueris p. 7. &  
8. inveneris, commemoretur. Sic & Irenæus  
& noster voce Ἰπικηρεῖν frequentissime utun-  
tur, sicut αὐσῶτα hæreticis ille passim objicit,  
ubi Interpres vetus Latinus nunc *inconstantia*  
nunc *inconstabilia* memorat, quemadmodum no-  
ster p. 5. αὐσῶτα gentilium dogmata ridet. Irenæus  
p. 2. fistit hæreticos ἀπιθεῖνας διπολύντας οὐκ ἀκί-  
ρητας, ἐν τῷ βλάσφημον ἢ ἀσεβῆ τὴ γνώμῳ αὐτῶ κα-  
τασκευάζειν εἰς τὸ δημιαγόν. Eandem habes phrasin  
apud nostrum p. 9. ubi legis βλάσφημον πρὸς τὸν  
οὐτως θεὸν κατασκευάζατες, quemadmodum p. 8.  
θεὸς ἵπ' αὐτῶν (αἱρετικῶν) βλασφημῆιδμος me-  
moratur. Sic Irenæo quoque passim & in præf.  
ad lib. IV. p. 228. aliquoties hæretici *blasphemi in*  
*plasmatores* appellantur. Eadem pagina lego:  
*Quæcunque enim cum gravitate summa dixerint omnes*  
*hæretici, in ultimum ad hoc deveniunt, ut blasphement*  
*fabricatores* &c. Cujus loci initium recte confe-  
retur cum phrasi τῶν φιλοσοφαιμ. p. 9. ἀ τοῖς μυσ-  
μένοις μὲν μεγάλης ἀξιοπιστίας ὡσαυδιδόασι, sicut  
ad phrasin illam mysticam Irenæus p. 93. allu-  
dit: ὅσοι γ' εἰς ταύτης γνώμης μυσταγωγῶι, ποσῶτα  
ἢ διπολυτρύσεις. Si p. 115. legeris: ὅμοιοδο ini-  
tiant, eos qui perficiuntur, judica, an rectius hæc ver-  
ti græce possint, quam per ea quæ existant p. 10.  
τῶν φιλοσοφαιμ. μυσῆσι τὸ τέλειον τῶν κακῶν πει-  
ραδι-



εαδιδόντες : adde p. 11. ὁ γὰρ ἑσπομείνας παθεῖν καὶ  
 ὠδραλαβεῖν τὰ τέλεια αὐτῶν μυστήρια. Ibidem  
 p. 115. ait Irenæus : *minutatim perexivimus*, quod  
 noster p. 12. similiter καὶ λεπτόν κητέσθαι & p. 7.  
 καὶ λεπτόν ὀπιδεῖξαι dicit. Irenæus p. 202. ita:  
*Sic Apostoli simpliciter & nemini invidentes, quæ  
 didicerant ipsi à Domino, hæc omnibus tradebant. Sic  
 igitur & Lucas nemini invidens ea, quæ ab iis didi-  
 cerat, tradidit nobis. Compara hæc cum p. 15.  
 Φιλοσοφῆμ. καὶ ὅσα παρέχει τὸ ἅγιον πνεῦμα πᾶ-  
 ριν ἀφ' ὁνόως κοινωνῶντες.* Irenæus in primis ope-  
 ram dedit, ut ostenderet, hæreticos sua à Gen-  
 tilibus mutua sumfisse, unde lib. II. c. 14. p. 133.  
*annunciant, inquit, inenarrabilia & incognita myste-  
 ria solos se dicentes scire : quæ ubique in theatris ab hy-  
 pocritis splendidissimis vocibus comædisantur, transfe-  
 rentes in suum argumentum, imo vero hisdem argumen-  
 tis docentes, tantum immutantes nomina. Conf.  
 lib. I. c. 22. n. 2. Idem noster p. 19. hæreticis  
 non solum summatim objicit, sed per singula  
 capita eundo in ipso opere ostendere conatus  
 est. Tempero mihi à ceteris cum rædio forte  
 Lectoris afferendis, cum hæc sufficere possint  
 ad ostendendam non vulgarem quod ad senten-  
 tias & Φερίσεις, quæ inter Irenæum & nostrum  
 intercedit, consensionem. Quam dum con-  
 fidero, non miror, Virum κρητικώτατον mihiqve  
 amicissimum, & seculi nostri ornamentum,  
 Maturinum Veysserium La Croze in suis ad me literis,  
 III. Kalend. Octobr. anni MDCCCXII. exaratis  
 ita scribere : *Recte censes, Didymo minime tribui  
 posse Pseudo-Origenis Φιλοσοφῆμα. Semel & ite-  
 rum in mentem venerat, Irenæo ea tribuere : baud enim**



*ita abire mihi videntur ab hujus auctoris scribendi ratione, quantum quidem per ea fragmenta, quae supersunt, intelligere datur.* Et lubens fateor, me hoc praestantissimi Viri judicio ad comparationem hanc instituendam adductum esse; parumque abfuit, quin protinus Irenæum auctorem pronunciarem. Nam ut Episcopum eum fuisse extra dubitationem positum est, ita ad illam dignitatem jam eVectum, non autem Presbyterum hanc commentationem ingressum esse cum magna veri specie dixeris, cum alterum illud opus infula ornatus exararit, quod egregie demonstravit accuratissimus D. *Massuetus* in Prolegomenis ad Irenæum p. 98. Eundem historiae Philosophicae peritissimum fuisse, eaque ad denudandam hæreticorum ἀλαζόνειαν ac pravitatem usum illa evincunt, quæ lib. II. c. XIV. p. 133. contra eos disputavit. Omnia ergo æque ac stilus conspirare quasi videntur, ut Irenæum nobis persvadeant scripti auctorem. Nec obstare mihi quidquam videtur, modo succinctæ confutationis hæreticorum, quam à se profectam testatur Scriptor opusculi p. 7. ab Irenæo exaratae mentio apud veteres ostendi posset; ac præterea veri videretur simile, Irenæum repetita vice longiorem contra hæreticos disputationem, quam incertus τὸ Φιλοσοφῆμαίων conditor in proœmio pollicetur, ingressurum fuisse, qui eadem tam diligenter in amplo illo & erudito contra Hæreses opere defunctus erat.

His fufius forte, quam par erat, disputatis ad cetera, Lector, mecum progredere, quibus



eruditissimus Heumannus Didymum in hujus foetus possessionem mittere voluit. Observat ille p. 62. Didymum duplicem contra hæreses librum scripsisse, alterum breviorum, diffusiorum alterum, cum primo quidem in libro de Spiritu S. II. p. 332. A. apud Hieronymum his utatur verbis: *ex quibus ostenditur esse Spiritum S. creatorem, ut jam in dogmatum volumine breviter ostendimus; deinde vero lib. I. p. 323. C. dicat: quod autem ab aliis capiatur Spiritus S. & alia non capiat, & nunc & in Sectarum volumine, prout potuimus, expressimus; sicut in fine ejusdem libri hæc leguntur: Spiritus S. non accipiens aliunde sapientiam, dictus est Spiritus sapientiæ. Hoc enim ipsum, quod subsistit, Spiritus Sapientiæ est, & natura ejus nihil aliud est, nisi Spiritus veritatis & Spiritus Dei: de quibus jam abundanter in Sectarum volumine disputavimus.* Hæc ad institutum suum accommodaturus observat, Scriptorem τῶν Φιλοσοφῶμενων in ipso illo opere contra Sectas multis disputasse, sicut idem p. 7. iisdem quibus Didymus usus est verbis, profiteatur, quod μετέξως τῶν δόγματα πάλαι ἐξέθετο, h. e. quod jam olim breviter dogmata (hæreticorum) exposuerit. Hinc confici posse putat, Didymum Φιλοσοφῶμενα nostra instar operis longioris, Dogmatum autem librum tanquam opusculum brevius hæreticis opposuisse.

Quod si jam ostendi possit, illud Dogmatum Volumen à Volumine Sectarum non esse distingvendum, nihil inde præsidii ad Virum Clarissimum pervenerit. Ita vero ut statuam, has habeo rationes. Didymum librum suum contra hæreticos Δογματῶν nomine, quæcunqve demum



additæ fuerint voces , inscripsisse inde colligo, quod Hieronymus tum in Catalogo de Illustribus Ecclesiæ Doctoribus c. 109. ejus *de Dogmatibus* & contra Arianos libros duos memoret, tum etiam in versione libri de Spiritu S. *volumen Dogmatum* alleget, sicut & *Theodorus* lib. IV. c. 29. *Histor. Eccles. Didymum & Ephraimum* κτ' τῶν ἀντιπάλων τῆς ἀληθείας δογμάτων scripsisse testetur. Neque mirum nobis videri debet, hunc dogmatum librum ab Hieronymo deinde *Sectarum volumen* appellatum esse, cum notissimum sit, vocem *δόγματα* seqviori sensu de erroribus & sectarum opinionibus frequenter adhiberi. Sic Paulum Apostolum *δόγμα* fere in malam partem accipere pro legibus, quæ non Dei sed hominum arbitrio præscribuntur, jam observatum est in Lexico Græco, quod à Budæo ut plurimum appellatur. Patrum loca eandem notionem adstruentia *Svicerus* diligenter ostendit p. 934. quibus ex *Irenæo, Theodorito, Eusebio* plura addi possent, si res per se non foret manifesta nec ex ipsis *Φιλοσοφούμενοις* nostris p. 7. & 12. pateret. Adde tamen etiam *Eusebium* lib. II. c. 69. de Vita Constantini M. ubi *δόγμα* de *Secta* interpretandum esse ostendit *Henr. Valesius* p. 219. b. Neque puto Virum Clarissimum hic litem movere nobis posse, qui & in *Dogmatum* & in *Sectarum* volumine, quod ab illo distingvit, contra hæreses pugnatum fuisse affirmat, adeoque vel sic *dogma* de *secta* vel sectarum erroribus hic acceptum fuisse largitur. Neque obstat, quod forte excipiet, non posse dici & breviter & abundanter de argumento aliquo in eodem libro



actum fuisse. Quid enim prohibet, quo minus in eodem libro de uno ejusdem argumenti capite *breviter*, quod Didymus de Conditoris dignitate Spiritui S. vindicanda testatur factum; de alio autem momento *abundanter* exponatur, quod Didymus profitetur se fecisse, probaturum, *Spiritum S. ab aliis capi & alia non capere*. Hinc itaque nondum effici potest, duplicem librum statuendum esse, præcipue cum liber ille *dogmatum* vel *Sectarum* in eodem argumento, quod ad Spiritum S. spectat, à Didymo hic allegetur. Accedit, Hieronymum illum Sectarum librum à Dogmatibus distinctum non memorare, cuius argumenti vim nondum elusit Vir doctus, dicens, *Hieronymum in aliorum quoque libris recensendis interdum unum alterumve præterisse*. Hoc enim ut libenter largior, præcipue cum Hieronymus in Catalogo diserte moneat, *Didymum infinita alia scripsisse, quæ digerere proprii sit Indicis*; id tamen me sollicitum habet, quod probabile mihi non fit, librum magni laboris vastæ molis, & contentæ industriæ ( talem enim conjectura assequi nos jubent *Φερίσεις* magnificæ, quibus Scriptori *Φιλοσοφῶντων* in præmio de instituto suo uti placuit ) inter reliquos longe minoris, ut ex titulis patet, momenti, omissurum fuisse Hieronymum, præcipue cum tam opportunam juxta librum dogmatum eum laudandi occasionem nancisceretur. Denique si per *Sectarum volumen τὰ Φιλοσοφῶντων* innuere voluisset Didymus, non, credo, *βιβλίον* unum sed plura commemoraturus erat, cum totum opus minimum duobus, si non pluribus libris constitisse



ex ipso limine operis pateat, in quo ἡ πρώτη (scilicet βιβλος) nominatur. Quamvis igitur *Caspar Barthius* lib. LIV. c. 10. Adversariorum ad quem V. C. provocat, *Volumen dogmatum à Volumine Sectarum* distingvat, non video, quomodo illius auctoritas major haberi debeat iudicio *Ludov. Elie Dupinii*, qui Tomo II. Bibliothecæ Scriptorum Ecclesiast. pag. 223. pro eodem utrumque libro habuit, sicut & *Tillemontius*, diligentissimus Historiæ Ecclesiasticæ Scriptor Tomo X. *Memoriarum* suarum p. 393. in recensione scriptorum Didymi idem statuit. Addit denique V. C. p. 64. ex alterutro *Didymi* libro depromptam videri illam Pythagoræ sententiam, quam ex *Stobæo* ab aliis allegatam invenire se non potuisse profiteretur. Enimvero, ut à posteriori momento incipiam, legitur locus, à *Scheffero* & *Jonsio* citatus, in *Stobæi* Eclogis Ethicis, illis nominatim, quas *Gvil. Canterus* cum ceteris ejus sententiis, à Gesnero olim seorsim editis, (in quibus *Cl. Heumannus* locum hunc quæsisivisse tantum videtur,) in lucem protulit *Colonix Allobrogum* 1609. in fol. Verba p. 157. ita habent: Ἡ μὲν γὰρ φιλοσοφία θύρα τῆς αἰληθείας ἐστὶ καὶ ὁρεξίς, καὶ τῶν συγχορευτῶν καὶ τῆς πρὸς αὐτῶν συμφωνίας. In margine libri exteriore allegatur *Didymus de Secta*, non de *Sectis*, quomodo V. C. post *Jonsium* inscriptionem libri minus recte exprimit. Cum itaque in utroque *Stobæi* loco, altero quidem qui p. 557. ed. Gesneri affertur, Pythagorica de felicitate sententia, altero, qui à me modo recitatus est, Philosophiæ definitio Pythagorica repetatur, nolim



cum *Jonstio* & V. C. hæc ex Didymo nostro Christiano, sed potius ex Didymo Alexandrino Gentili derivata dicere. Primo enim Didymus ille Gentilis Scriptor in libro *πρὸς Πυθαγορικῆς Φιλοσοφίας* allegatur à Clemente Alexandr. lib. I. Stromatum, deinde ex citatione Stobæi *πρὸς αἰρέσεως* i. e. de una Secta, cum alter ille de pluribus egerit, commentatus est; denique veri sit simile, quod Schefferus p. 3. de Philosophia Italica monuit, titulum, qui apud Stobæum, ut fieri alias solet, mutilus *πρὸς αἰρέσεως* dictus est, idem sibi velle, quod Clemens Alexandr. per *πρὸς Φιλοσοφίας Πυθαγορικῆς* significat. Pervulgata enim res est, Græcos æque ac Latinos antiquiores *αἰρέσεως* & *sectæ* nomen de quocunqve doctrinæ genere adhibuisse, quam in rem vide, si placet, quæ ad ipsa *Φιλοσοφούμενα* p. 2. notavi. Plura de hac causa lege apud Schefferum lib. citato p. 3. & 38. Ratum igitur hoc esto, Didymum à Stobæo citatum, Paganum illum fuisse, quem alii *Arcum*, *Suidas* vero & cum eo *Meursius* Bibliothec. Græc. pag. 1360. *Ateium* appellant, nihil definiente Cl. *Ludolpho Kustero*, ad Tomum I. Svidæ p. 574.

Sic itaque forte non temere affirmavero, nihil esse præsidii, quod pro adstruenda V. C. sententia adferri possit, cum & dignitas Didymi ad amplitudinem muneris, quod noster gefit, non accedat, dictionis etiam tanta similitudo non sit, quanta requiritur, ut idem utriusque scriptiois habeatur auctor; denique vero minime omnium evictum sit, eundem Didymum in hæresibus enarrandis labore repetito nunc



brevius, nunc copiosius, quod de se profitetur  
 noster, versatum fuisse.

Huic dissertationi finem impositurus me-  
 mini, me in præfatione, τοῖς Φιλοσοφούμενοις ante  
 hos septem annos præmissa laudare plures, qui  
 opusculum hoc MS. ad partes vocarint. Illis  
 addes *Conimbricenses* in comment. ad *Physica*  
*Aristotelis* p. 176. & *Jo. Ernestum Grabium* ad *Ire-*  
*næi* lib. I. c. I. p. 22. *Lucam Holstenium* ἀπό γε-  
 φωνεius habuisse jam monui p. 2. citatæ præfa-  
 tionis: addo nunc recensioem illius ab eo fa-  
 ctam esse p. 96. *Catalogi MSS. Biblioth. Mediceæ*,  
 quem *Cl. Mich. Lilienthalius* nuper *Selectis*  
*suis Historicis & Literariis* optimo consilio inse-  
 ruit. Ibi *Φιλοσοφούμενα* Latine *Philosophicarum*  
*rerum librum* appellari videas. *Origenis refutatio-*  
*nem omnium hæresium*, quam in *Bibliotheca Mo-*  
*nachiensi* inveniri testis est *Spizelius* in *Arcanis Bi-*  
*bliothecarum Sacris relectis* p. 178. ab eo opere, cu-  
 jus partem nostrum constituit, distingvi non  
 debere per se patet. In *Bibliotheca Caroli de*  
*Montchal*, *Archiepiscopi Tholosani*, olim existi-  
 tisse testatur *Labbeus* in *Bibliotheca Nova MSS.*  
 Denique commode & erudite monet præstan-  
 tissimus *La Croze*, nomen *Θαλίδης*, quod  
 p. 38. legitur, cum *Αιθαλίδης* permutandum esse,  
 quod ex *Laertii* lib. VIII. sect. 4. & aliis *Scripto-*  
*ribus* evincitur, qui *Euphorbum* testantur glo-  
 riatum de eo, quod *Æthalides* olim fuerit,  
 Certe alterius illius nominis nullum  
 usquam vestigium inveneris.













Jh 1835

ULB Halle  
006 309 720

3



VD 118

MA









COMPENDIUM HISTORIÆ  
PHILOSOPH. ANTIQVÆ,

h. e.

PSEVDO ORIGENIS  
PHILOSOPHVMENA,

ex ipso MS. Mediceo, de-  
nuo collato, & alio Taurinensi  
repetita vice emendata, & no-  
vis notis illustrata.

Accedit dissertatio, qua contra  
Virum Doctum ostenditur, *Didymum*  
*Alexandrinum* hujus scripti aucto-  
rem non esse.

Auctore

JO. CHRISTOPHORO  
WOLFIO,

Prof. Publ. & h. a. Gymnasii Rectore.

HAMBURGI,

Apud CHRISTIANUM LIEBEZEIT.